

Q. SEPTIMI FLOREN

T I S T E R T V L L I A N I , A D S C A P V L A M , L I B E R .



Magis gaude-
mus dānati, q̄
absoluti.

Disciplina
Christianorū

CHRI
STI
A

NI.

Os quidem neq; expauescimus, neq; pertimesci-
mus ea quæ ab ignorantibus patimur: cū ad hęc
sectam, utiq; suscepta conditione eius, pacti ante
cum anima nostra, & autorati in has pugnas ac-
cedimus, ea quæ deus repromittit consequi optā-
tes, & ea quæ diuersæ uitæ cōminatur pati timen-
tes. Deniq; cum omni sãuitia uestra cōcertamus,
etiã ultro erumpentes, magisq; damnati quàm
absoluti gaudemus. Itaq; hunc libellum non nobis timentes misimus, sed
uobis & omnibus inimicis nostris necdū amicis: ita em̄ disciplina in-
diligere inimicos quoq; & orare pro eis qui nos persequuntur: ut hęc sit p/fecta & propria bonitas nostra, nō cōmunis. Amicos enim diligere omniū
est, inimicos autem solorum Christianorum. Qui ergo dolemus de ignorā-
tia uestra, & miseremur erroris humani, & futura prospicimus, & signa eo-
rum cottidie intentari uidemus, necesse est uel hoc modo erumpere ad pro-
ponenda uobis ea, quæ palàm non uultis audire. Nos unum deū colimus,
quem omnes naturaliter nostis: ad cuius fulgura & tonitrua cōtremiscim⁹:
ad cuius beneficia gaudetis. Ceteros & ipsi putatis deos esse, quos nos dæ-
monas scimus: tamē humani iuris & naturalis potestatis est unicuiq; quod
putauerit colere: nec aliq; obest, aut prodest, alterius religio: sed nec religionis
est cogere religionem, quæ sponte suscipi debeat, non ui: cū & hostiæ ab ani-
mo libenti expostulentur. Ita & si nos compuleritis ad sacrificandum, nihil
præstabitis dñs uestris: ab inuitis enim sacrificia non desiderabunt, nisi si cō-
tentiosi sunt. cōtentiosus autem deus non est. Deniq; qui est uerus, omnia
sua ex æquo & prophanis & suis præstat. Ideoq; & iudicium cōstituit æter-
num de gratis & ingratis: tamen nos quos sacrilegos existimatis, nec in fur-
to unquam deprehēdistis, nedum in sacrilegio. Omnes autem qui templa
despoliant, & per deos iurant, & eosdem colunt, & Christiani non sunt, &
sacrilegi tamen deprehēduntur. Longum est si retexamus quibus alijs mo-
dis & derideantur & contemnātur omnes dij ab ipsis cultoribus suis. Sic &
circa maiestatem Imperatoris infamamur, tamē nunquam Albiniani, nec
Nigriani, uel Cassiani inueniri potuerūt Christiani: sed idem ipsi qui p ge-
nios eorum in pridie usq; iurauerant, qui pro salute eorum hostias effece-
rant & uouerant, qui Christianos sæpe damnauerāt, hostes eorum sunt re-
perti. Christianus nullius est hostis nedum imperatoris: quem sciens à deo
suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & reuereatur, & honoret, & sal-
uum uelit, cum toto Romano imperio, quousq; seculum stabit. tãdiu enim
stabit

Clod. Albinus
& Pescennius
Niger, aduer-
sus Seuerū Ce-
sarē tumultuā-
do multa tēta-
rūt, à quo sūt
etiam occisi:
Cassius Iulij
Cesaris truci-
dator, notissi-
mus est.

abit. Colimus e-
pedit. ut homine
minorem. Hoc &
minor est: sic &
& sanctificamus p
do præcepit deu
coloris, aut sang
nos autem nō ta
nos, & de homi
namus pro salu
Et utiq; ex discip
prodest, cum tam
Et modestia agi
sobiles quàm de
namus ea nos
tur, quā à deo
quod nulla ciuit
Philiano, cum
are ipsorum, n
anni præteriti q
sibi et retro f
super mœnia C
sunt sciunt qu
damuerūt. Om
quomodo pos
m localem est
empla eius a
tecto penē lun
quo hoc pati.
Postumus æqu
neuit suæ rec
Saturninus q
Lucius Hiero
ad hanc sectar
ultatus peste
are Christiani
us quosdam à
cū Capilla in
videntur sibi i
admonitione
damnasset, st